



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiae, 1605

Quid Hoc Tempore Actvm Sit Meaci A Singvlaribus Qvibusdam Dominis.
Capvt X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

CAPVT X.

PORGANTINVS simul atque Ozaca peruenit Meacum sit fratrem quendam ad Iustum, qui eum commone faceret edicto Regis. Quo ex nuncio tantam cepit voluptatem, ut præ gaudio vix se caperet, dum videret tandem obligationem vna cum Patribus moriendi. Itaque confestim Fuscimum abiit, ut Cicugendonum, à quo habuerat sustentationem, conueniret. Quò ut peruenit, in cubiculum secretorum Domino illo digressus, mentem suam patefecit, eique obtulit vasa, continentia liquorem dictum Cia, in Iaponia nobilitate (æstimabantur autem vasa illa quatuor vel quinque scutarum millibus), ut pro suo arbitrio post mortem suã de iis ageret libuisset. Hoc sermone attonitus Cicugendonus, tandem Miror equidem tuam constantiam: sed scias me præsentem quando rex iracundus fuit in Patres: omnis autem indignatio ferebatur tantum in illos Philippinos, eorumque fratres: ex quibus si es, ægre poteris liberari, sed non sub nominis Christiani. Fortè, inquit Iustus, Dominatio vestra quitur consolandi mei causa. Ne dubita, respondit Cicugendonus: nam suo ore Rex disertè dixit se non velle procedere contra Patres Societatis. Ad hoc responsum conuenit Iustus, rebus confectis ab eodem Domino deductus est in primam aula latii, vbi in multorum præsentia idem reperit, & circumstantibus plurimùm Iusti virtutè, prudentiã, & fortitudinem collaudauit.

Scriptum fuit anno proximo superiori, inter aulae Principis duos filios Præfecti Genosoli Regi carissimi sacramento baptizatos fuisse: qui diuina opitulante gratia ita corroborati sunt in fide, ut à Christianis pro columnis Christianæ religionis habeantur. Eorum maximus, nomine Paulus Sacandonus, viginti ætatis annum agens voluntate Taicosamã adit statum Patrum præterea à Rege obtinuit præcipuum propugnaculum regium, ba cum amplis redditibus. Cùm ergo hic Paulus, in dicto propugnaculo agens, intellexisset à Rege Patres omnes in eadem compactos, (fama siquidem crescit eundo) Episcopum quendam ex itinere reuocatum; famulos duos, cognoscendæ veritatis causa, amandauit; alterum Ozacam, alterum verò Meacum, quinquaginta leucis aberat, qui commisit, ut ibi hæreret, & quod

die se de omnibus rebus accuratè certiozem redderet. Postea autem animo reuoluens, quemadmodum remoto omni obstaculo ad coronam martyrij aspirare posset, cōsultum fore putauit sibi, cum octo famulis à fide & animi robore magis probatis adendum Patrem Fuscini degentem, dicendumque illi, se cogitare Orogaciam visendi loceri sui ergò, qui erat Dominus vnus regni: atque inibi, si de veritate famæ constaret, domum aliquam incolere, & totius tragædiæ exitum expectare. Deinde verò longius cogitando progressus, ac subuereri incipiens, se voto suo minime potiturum, si cum ordinario corporis cultu se martyrio offerat; licet enim se profiteatur nostrorum discipulum, nullum tamen ministrorū ausurum injicere in se manus: itaque constituit se radere, & habitum assumere clerici, cōsiliis famulos, quòd omnes Christo nomen dedissent, exemplum suum secururos. Quoniã verò vnus eorum recentior, hoc est à viginti tantū diebus, salutari aqua perfusus erat, de cuius constantia nō nihil dubitari poterat, Paulus clanculum illi dixit, quandoquidem nōdum satis ei exploratum esse posset, quid sit pro Christo mori, se potestatem illi facere domum reuertendi Respondit famulus: Quid ais Domine? fateor, nō multos abiisse dies, quòd ab Episcopo sum factus Christianus; sed per gratiam Dei satis intelligo, quanti facienda sit animæ salus. Quare si via martyrij omnium ad cælum breuissima est: non plucis hanc vitam, quàm paucillum cineris, fecero. Sacando vnus vehementer hoc responso gauisus, famulo illi donauit centū & triginta auteos scutatos ad inopis familiæ subsidium. Hinc in cubiculum secretum digressus, & ante sacram imaginem prostratus toto corde se Domino commendauit, diuinam Maiestatem interpellans, vt inter inuictos eius athletas annumerari posset.

Hoc ipso tempore litteras scripsit ad parentes suos & nutricem, quarum summa erat: Quandoquidem Patres Societatis occidenti essent pro Christi Euangelio, se quoque, vt Christianum, constituisse eandem subire fortunam. Et ne quis existimaret, ipsum tenere & leuiter morti se obiecisse, has litteras dare voluisse, etiam atque etiam obtestans eos, vt loco exequiarum, quas fortè pro se instituturi essent, ipsi quoque ad CHRISTI cœtum se adtingerent, & tunc ipsos verè huius facti sui causam intelletros.

Ad hæc, vt confessionis quoque beneficio meliùs ad hoc certamen pararetur, occultè se contulit Meacum: vbi fratri nostro, à P. Organtino ad eum inuisendi causa missò, cum sermo de hoc argumentò incidisset, dixit: In hac vsq; horã nomine potiùs sui Christi-

stiantis, quàm re ipsa: sed spero me diuina adiuuante gratia in
sterum serio emendaturum vitam meam, & quemadmodum eie
nit, rationes meas instituturum: quod si non fecero, rogo vo
seuerè in me animaduertatis. Meaco recedens voluit vnum et
cietate (cùm nondum constaret, an liberum nostris foret in
vrbe remanere) secum abducere, vt frequentatione sacram
pœnitentiæ rectius in inchoata illa piè & Christianè viuendi
suetudine perseverare possit.

Interea Ozaca reuersus est famulus, eò missus, ex quo cùm
lus veritatem totius negotij didicisset, non minore merore, et
prius læticia, affectus est, vti ipse literis ad Viceprovinciale ab
que nostros datis significauit. Atque hæc satis sine de Secano
no. Veniamus nunc ad fratrem eius Constantinum, & vtrumque
consanguineum Michaëlem.

Quo die Ozaca Meacum ad nostros nuncius delatus est, re
edicto omnes nostros addictos neci, Constantinus & Michaë
nominati, tendentes ad propugnaculum Tambanum, in nostris
simul hospitium diuerterant; reque intellecta gratulabundi de
re: O quàm opportunè huc aduenimus! Operam certè hæc
omnem dabimus, vt, quantumuis tanto bono indigni, in num
rum martyrum accenseamur. Itaque deposito consilio perge
Tambam, vbi erat Sacadonus, vel Fuscimum, vbi erat Genofom
contulerunt se Meaci in abiectam quandam domunculam
bus nostris vicinam, præstolantes occasionem proposito suo
faciendi. Cùm verò in ea cum aliquot aliis nobilibus desistere
misit P. Organtinus vnum è nostris ad illos in pio suo iustitiam
confirmandos. Cuius exhortatione sic accensi sunt, vt coniectu
calum oculis immensas Deo gratias agerent, quòd palma tam
bilis consequendæ occasio se obtulisset.

Paulo post, vt solet fieri in eiusmodi rerum statu, alius rum
peruagari cepit, nondum in Christianos sententiam laram
ti autem ne ab amulis nomen Genofom hac occasione ad Rep
deferatur, quòd duos haberet filios Christiana sacra complecti
Quod audiens Constantinus, decreuit palam Patri suo, cui non
dum certò id innotuerat, patefacere se Christianum esse, summo
indicare sibi certum esse vna cum suo magistro P. Organtino
cumbere morti pro Christo. Quare mane Fuscimum iter
tuens, eò peruenit, cùm Genofom domo sua egressus tenderet ad
palatium: vbi Patri soli separatim breuiter rem totam aperuit. Ille
autem, quia summo iuuenem amore complectebatur, totum ad
hunc sermonem cõstitit attonitus; & in domum retracto dixit: Multi
cena

certò non constitit te Christianum esse. De P. Organtino potes-
 nùc esse securus; ille enim nò est in catalogo eorum, qui designa-
 ti sunt ad eadem. Id verò tibi confirmo, si a prædicatione & ba-
 ptismo suo non abstinet, haud longè à periculo abesse. Imò, vbi
 Rex mandarit omnes Christianos occidi, cogitare debet, me tibi
 non parciturum: satis enim multis, tum veteribus tum recètibus,
 abundamus exemplis parètum, qui edicto regio in proprios filios
 delinuerunt. Ad quæ Constantinus: Hoc ipsum, inquit, est quòd
 ego desidero. Quòd enim tibi patefeci me esse Christianum, non
 eo feci, quo me neci eximeres, sed vt à te omnia damna futura a-
 uerterem. Hoc responso audito Genesioin, subiecit, non nihil ex-
 spectaret, se postea longiorè ea de re sermonè habiturū. Ingressus
 ergo palatium, sedulò ex reliquis tribus aulae præfectis expiscari
 conatus est, in quo rei totius cardo tunc verteretur: cum que nihil
 certò cognoscere posset, domum rediit, vt conjugi suæ, adhuc ha-
 rum rerum ignaræ, separatim Constantini mentem detexit, &
 addidit, si Rex macari omnes Christianos mandarit, se sua manu
 jugulaturum filium: itaque ipsa quoque omni muliebri trepida-
 tione deposita animum virilem demonstraret. Vix verba hæc Ge-
 nofoin protulerat, cum ab amore paterno victus cœpit amarissi-
 mè lacrymari & conqueri de filio, appellans eum inhumanum &
 crudelem.

Interim Michaël, qui Meaci manserat, rædio affectus moræ
 longioris Constantini sui consanguinei, ipse quoque contem-
 dit Fascimū ad ædes Genesioin: vbi statim ab auiâ retractus est in
 secretū cubiculū, quæ ipsi conqueri cœpit de filio, quod sacris ba-
 ptismi aquis se ablui permisisset: mariti quoque iras & minas cõ-
 memorauit, & denique exposuit quanto in mœrore & dolore ob
 hanc rem ex materno affectu jaceret. Quæ vita mea erit, inquie-
 bat illa, si carissimis meis destituar filius, tantopere ab ingenuis
 moribus omniq; ciuilitate laudatis? Et si mea voluptas meum-
 que solatium eousque ab illis pender, vt noctu diuq; mihi, velut
 venustissimi quidam flores, ob oculos obuersentur, quid misella
 agam sine illis? quis doloris aculeus transuerberabit pectus meū,
 cum audiero paternis manibus amantissimorum liberorum pro-
 fundi cruorè? Heu me, quomodo hic spiritus vitæ incolumitateq;
 tueri poterit in corpore? Inter hæc verba, multum lacrymarum
 profundens imbrem viribusq; defecta, corruit in Michaëlem, cui
 ex hoc spectatulo tam miserabili non potuerunt non oboriri la-
 chrymæ. Sed tamen mox se colligens dixit auiæ: Sis a quo animo
 Domina, sententia regia non attinget tuum filium. Tū illa: Idem
 mihi

mibi meus maritus affirmavit, & ideo spe adhuc aliqua sustentat. Quibus verbis, ut Michaël vidit eam aliquaprum erectam, subxit: Etiā si inter viuos esse desineret Constantinus, non esse tamen mi Domina, iusta tibi causa tantopere dolendi: quia cum id fieri non oberimen vllum admissum, sed tantū ob amorē Dei crederis, deberet tibi cōciliare magnā voluptatē. Nimis certē verū respondit illa, & res citra controuersiam omni laude digna, hanc adolescentem in ætate tam florida tantū facere vitam iurorū, asperneret præsentem: vbi ego iam cano capite ne rudimenta quidem salutis æternæ percepi. Verūm, dic mihi, obsecro, cur le peregrinæ potiùs doctrinæ & legi à Rege veritæ adhaerere voluit, quàm tot patriis religionibus, in Laponia receptis? Quæ inquit, illa affert salutem, hæ præcipitant in ignes æternos. Quæ nique, ait auia: A quo ero animo, modò ille in vita superflus & roga eum, quæso, ut cum suo fratre contineat se Tambæ, & nec hæc procella conquiescat. Ego interea apud Genosin commenter adlaborabo, ut P. Organtius Constantini magister communis sit ab omni periculo.

His ita transactis, vterque, Constantinus & Michaël, Meæcen redierunt, vbi confessione P. Organtio facta sanctissimumucharistia sacramentum susceperunt: & cum aliquot dies ibi commorati essent, animaduertentesque non eum esse negotii exitū, cui putabant, Tambam profecti sunt: vnde ambo ad Vicepromulem scripserunt, se non parum dolere de hoc infelici rei exitu, & que rogarunt, ut in precibus suis se apud Deum commendantes habere velit: ut suæ diuinæ Maiestati placeat alia opportunitate ipsos in album suorum gloriosorum militum adscribere.

Alii duo nobiles, qui eodem diuersorio cum supra nominatis vsi fuerant, & quadridui iter confecerant ad accipiendum sacrum Chrisma, dum itidem vident se suo desiderio vitam ponendi pro Christo fraudatos, ad suos reuertere, relicta apud Meæcenles cœtione, ut si noua aliqua tempestas in Patres exsuscitaret, illico ceteros reddantur, ut eiusdem felicitatis participes esse possint. At alter quidem horum, ut patriam attingit, mandauit domi suæ pro nostrorum afflictionibus orationem quadraginta horarum institui: cumque confluisent omnes eius loci fideles admodū multum, præclare & studium suum in Societatem & zelum boni communis declararunt.

In hac trepidatione fortitudinem quoque suā demonstrauit Ioannes, 16 annorum adolescens, Constantini cognatus: sicut & in Christianarū legū obseruatione, nulla re ei cedit. Is cognatus Patrum

Patrum nostrorum periculo, ex templo ad aedes nostras venit, ut in illustri hoc certamine se reliquis socium adiungeret.

Eodem tēpore Meaci agebat quidā bonus Christianus, habēs filium 16 annorum, nomine Thomam, tridui intervallo inde disjunctum. Huic pater scripsit, se constituisse vitā ponere pro Christi lege: & idcirco se testamento, erat enim satis copiosus, ipsi relinquere certam pecuniarum summam, & alia quaedam. Placuit iuveni sanctum propositum Patris, magnaque eum voluptate affecit: sed id non congruebat illi, heredem conscribi in terra, posthabito cælo: quocirca respondit, si gentiles secundum morem Iaponiæ ingens dedecus reputant, filium, si ita occasio postulet, non occumbere cū Patre; quo, inquam, prætextu deferere te poterō in obitu, ex quo utriq; pateat aditus ad hereditatē cœlestē?

Potest quoque iam commemoratis adiungi Cangjurodonus, qui licet non multo tempore Christi doctrinam professus fuisset, tamen admirando quodam ardore declaravit se promptissimum ad moriendum pro illa. Deinde eius coniux & alii domestici ab Episcopo baptizati, qui se compararunt ad mortem etiā in cruce subeundam. Præterea quidam eques, qui similiter cum uxore & filiis statuerat venire Meacum ad moriendum vnā cū nostris, vel certè ad comitandū eos, si exilio mulctarentur. Tum Gratia Tangi Domina, quæ cum suo gynecæo parabat vestes necessarias ad mortem crucis, & tam virili animo illam præstolabatur, quod quacunq; hora certò ei innotuisset de Patrum Societatis integritate, etiam intempesta nocte nudis pedibus vnā cum sociis feminis statuerit curriculo contendere ad supplicium. Sed his prætermisissis vnum tantū litterarum Patris F. Francisci Blanci caput adijciam, qui custodibus ad hospitium suum iam collocatis in hæc verba Meaco ad quendam amicum scripsit.

Quotidie expectamus morrem amore Domini N. subeundam, eaque ex re ingentem capimus consolationem; maximè cum videamus Christianis tantum inesse animi, ut etiam carnificū mortem molestè ferant. Id verò longè maiorem nobis affert stuporē, quod & Fuscimo & ex montibus longè remotis accurrant, & dicant: Si Christiani, quia Christiani sunt, mortē oppetant propter Christum, se quoque in illam Societatem adscribi debere, quandoquidem & ipsi Christiani sint. Nobis autem fas non est, cum illis sermonem vllum habere. Pudet me mei, dum video homines in fide tam nouitios non expaucscere mortem. Huc vsque ille.

Fateor, eiusmodi desiderium moriendi non fuisse in omnibus: nec enim defuerunt quidam languidiores: nonnulli etiā in late-

bras se abdunt, sed tamen nullus deprehensus est, qui in hac pestate, vel minimum signum apostasię dederit: nisi quod terna tantum fuga periculi impendentis declararint imbecillitatem suam, sed exultatione dignam, cum fuerint recentes plerumque media gentilitatis hyeme plantata. Sed redeamus ad captiuos

QVA RATIONE INCARCERATI SACAI
MISSI SINT NANGASACVM, ET DE
molestiis in itinere toleratis.

CAPVT X.

POST QVAM hi serui Dei cum ignominia supra commemorata deducti in equis gregariis fuere per vias Ozacanae & caiana ciuitatis, mandauit Taicosama eos terrestri itinere perducere Nangasacum cum publicis litteris, vt de loco in locum attribuerentur illis satellites, aliaque necessaria ad iter Nangasacum usque, vbi Fazamburus eos in suam curam recipere debebat. Sed perducere Nangasacum. Vt autem Taicosama terrestri itinere perferret marino, quod erat breuius, non alia causa fuit, quam maior terror injiceretur Regnorum populis, per quem erat transandum, abest enim Meaco Nangasacum sexcentis passuum ab insula terra continentis, vt ne quis in posterum vel aspiraret ad nauacrum sacri baptismi, aut Patres reciperet.

Sacaii itaque excessere ad 9 Ianuarii anni 97, committuntur stipati hominibus armatis. Praebat vnus tabellam senrentia supra dictum est, in longa hasta praefrens, qui silentio ac obsequio imputatam innoxiiis promulgabat. Molestia & arduitas huius perfectionis eiusmodi fuere, quales pauperibus & male vestitis atheniensibus viatoribus summa hyeme afferre solent ingentia frigiditates, glacies. Negandum non est gentiles, quibus ordine commendabantur, omni humanitate eos tractasse, alios commiseratione motos ob eorum innocentiam, alios reformidantes, si vel morte vel alio casu aliquis eorum ereptus fuisset, ipsorum incuria accidisse putaretur. Itaque equos eis procurabant, vt equos in Iaponia vsitatos, quae duorum hominum humeris deponantur, si eis opus erat. Nam crebro, etiam ad augendum metum suum, pedibus iter conficiebant, vti apparebat ex eorum inflammatione & vulneribus.

In hunc finem P. Organtinus Christianum quendam, nomen Petrum, insigni virtute praeditum Meaco dimisit, qui tribus fratribus nostris eorumque locis necessaria, dum opus esset, e sua crumena ministraret. Fuit & alius faber lignarius, dictus Franciscus